



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 121. Sancti Caroli Borromæi pretiosa mors.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Sæcul. XVI. dium, & Petrum Cardinalem patruum
A.C. 1584. in Ecclesia S. Justi sepeliri voluit.

Hic idem Cardinalis in Bisuntina
 Diœcesi Tridentinam Synodum recipi
 curavit, atque aliunde fuit egregius
 Literatorum Fautor.

§. CXXI.
*Sancti Caroli Borromæi pretiosa
 mors.*

Cix. p. 891. Interea cum sanctus Carolus Borro-
 mæus suas vires indies magis decre-
 scere sentiret, geminato pietatis stu-
 dio, ac religionis fervore sese ad illud
 iter accingebat, quo se brevi coram eo
 Judice, qui & iusticias judicaturus est,
 fistendum præsenserat: eapropter ad
 Varallum montem secessit; in hoc enim
 pietatis loco in Novarrensi Diœcesi pro-
 pe Vercellas sito sacri sepulcri imago ad-
 ciendos affectus percommoda viseba-
 tur: ibidem ergo ab operofis pastoralis
 ministerii negotiis liber sex integris per
 diem horis plerumque animum divina-
 rum rerum contemplationibus pasce-
 bat, reliquum vero tempus aliis pietati-
 sis operibus sacrabat, cumque singulis
 annis totius anteactæ vitæ noxas in sacro
 judicio aperire assuetus esset, hoc etiam
 anno ejusmodi confessione, velut po-
 strema omnes maculas eluere voluit,
 nocte autem præcedente integris
 octo

octo horis in genua nuda humo procum- Sæcul. XVI.
bebat, atque oculis in lacrimas difflu- A.C. 1584.
entibus tam intimo dolore cor suum
contritum sentiebat, perinde acsi enor-
misima quæque flagitia unquam per-
petrasset: paulo post die vigesima quar-
ta Octobris in febrin incidit, quapro-
pter Pater Adornius, quem a Confessio-
nibus habuit, eum nonnihil de poeniten-
tiæ severitate remittere jussit, cui etiam
sanctus Carolus paruit, Missæ tamen
sacrificium singulis diebus Deo pro mo-
re suo offerre propterea non destitit,
cum vero rem divinam semel adhuc in
sua Cathedrali Ecclesia celebrandi desi-
derio flagraret, relicto monte Verallo
Mediolanum reversus est, ubi in festo
Sanctorum Omnia cunctis divini Of-
ficii solemnitatibus interfuit: altera au-
tem die, qua fidelium Defunctorum
memoria peragitur, cum ipsus ob vi-
rium imbecillitatem sacris operari non
posset, sanctissimam hostiam a Sacerdo-
te recepit.

Porro dum Medici vitæ periculum
instare denuntiabant, sanctus Carolus
præter extremam unctionem etiam sa-
crum Viaticum sibi porrigi efflagitabat,
quod etiam eadem fidei firmitate, quæ
semper cunctas illius actiones animabat,
recepit: altera autem post meridiem
hora cum Medicis revertentibus fe-

P 2 bris

Sæcul. XVI. bris remitteret, recuperandæ salutis
A.C. 1584 spes affulgere videbatur: verum paulo
post eadem febri vehementius incale-
scente virium imbecillitas magis ingra-
vescere cernebatur: tum vero Pater
Adornius ejus lecto proprius accedebat,
ac spiritu anhellus, oculisque lacrima-
rum imbre manantibus sancto Archi-
præfuli manifestabat, horam appropin-
quare, in qua ad divinum tribunal evo-
caretur. Hoc nuntio hilariter excepto
Carolus sacri gaudii impetu abreptus
ita respondit: omne momentum mihi
nimis tardum videtur: porro cum Al-
tempsius Comes, ejusque Filius, nec-
non Renatus Comes Borromæus flexis
genibus illius lecto unacum omnibus
domesticis amare flentibus afflisterent,
sanctus Cardinalis dexteram erigere
tentabat, cunctis bene precaturus:
verum alterius ope indigebat, ut Cru-
cis signo illis benedicere valeret, mox
autem ad supremas mortis angustias re-
daëtus integris tribus horis cum morte
luctabatur: quoniam vero Boscius,
qui morientis lecto aderat, se non raro
a sancto Carolo percepisse recordaretur,
quod sacro cinere aspersus supra cilici-
num faccum mori desideraret, hinc
ipse arrepto sancti Cardinalis cilicio il-
lud cineribus aspersum eidem induit.
Postea sanctus Carolus die sabbati ter-
tia

tia Novembris die post horam nonam ve- Sæcul XVI.
A.C. 1584.
spertinam Deo Creatori animam suam
reddidit, postquam quadragesimum
sextum ætatis suæ annum cum unico
mense, vigesimum quartum autem sui
Episcopatus præter tres menses com-
pleverat.

§. CXXII.

Sancti Borromæi Testamentum.

Quamprimum sanctus hic Cardinalis *Giuffano*
animam exhallaverat, mox Pon-^{l. 7. c. 13.}
tificali veste indutus ad Archiepiscopa- *Ciac. p. 889*
tus sui facellum deferebatur, ubi ejus
Domestici reliqua noctis parte inter
Psalmos, & cantica sacras vigilias obi-
bant: Corpus autem illius tribus die-
bus ibidem expositum permanebat,
omnibus urbis Capitulis statim horis ju-
sta persolventibus: interea referantur
testamenti tabulæ, quas die nona Se-
ptembris anno Christi millesimo quin-
gentesimo septuagesimo sexto, quo
ejus Diœcesin pestis violentia depopu-
labatur, conscriperat, caveratque,
ut in sua Ecclesia Cathedrali ad primos
gradus, quibus ad Altare sumnum
ascenditur, in subterraneo sepulcro
conderetur apposita hac funerali inscri-
ptione latina:

*Carolus Cardinalis tituli S. Praxedis,
Archiepiscopus Mediolani, frequentioribus
P 3 Cleri,*